
HARVARD
UNIVERSITY
ARNOLD
ARBORETUM
PRESENTED ~ BY ~ CHARLES ~ SPRAGUE ~ SARGENT
1892

B. C. D.

VISCUM PLERARUMQUE ARBORUM PLANTAM PARASITICAM

DISSERTATIONE HAC INAUGURALI BOTANICO-MEDICA

SOLO DEO PRÆSIDE,

EX DECRETO GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS,

PRO

GRADU DOCTORIS

MORE RECEPTO LEGITIME OBTINENDO,

PLACIDO ERUDITORUM EXAMINI SISTIT

AD DIEM IX. MAIJ A. cIↄ Iↄcc XLVII.

JOHANNES GEORGIUS KOELDERER,

MEMMINGA-SUEVUS,

AUCTOR

HORIS LOCOQUE CONSUETIS.

ARGENTORATI,

TYPIS JOHANNIS HENRICI HEITZII, VNIV. TYPOGR.

INCLYTÆ
AC LIBERÆ SACRI ROMANI IMPERII
REIPUBLICÆ MEMMINGENSIS

PROCERIBUS

OPTIMIS MAXIMIS,

VIRIS

GENEROSIS, ILLUSTRIBUS, MAGNIFICIS,
PRÆSTRENUIS, AMPLISSIMIS, PRÆNOBILISSIMIS,
CONSULTISSIMIS AC PRUDENTISSIMIS,

DOMINIS

CONSULIBUS,
PRÆTORI,
A SECRETIORIBUS,
SYNDICO,
SENATORIBUS,
CONSILIARIO,

AC TABULARUM PUBLICARUM

DIRECTORI,

PATRIÆ PATRIBUS
VIGILANTISSIMIS,
MOECENATIBUS
ATQUE
PATRONIS SUIS GRATIOSISSIMIS
OMNI PIETATIS AC REVERENTIÆ CULTU AD ARAS USQUE STRENUE PROSEQUENDIS,
HAS QUALESCUNQE PAGINAS
OB IMMENSA IN SE COLLATA BENEFICIA
IN
PERRENNATURÆ GRATITUDINIS MONUMENTUM SEMPITERNUM VENERATIONIS TESTIMONIUM
AC
DEVINCTISSIMI ANIMI TESSERAM
CUM CANDIDISSIMIS VOTIS OMNIGENÆ SALUTIS
SACRAS ESSE JUBET

TANTORUM NOMINUM

CLIENS HUMILLIMUS

AUCTOR.

§. I.

ANimalia non ſolum ſibi mutua ex naturæ legibus ſæpenumero præſtare officia, adeo ut diverſa animalcula alant & foveant; verum etiam vegetantia ipſa eundem obſervare modum, tot docent herbæ fruticesque, imo & arbores, in aliis vegetantes generibus, & eorundem ſucco vivificatæ. Magnam tamen & hæc intercedere differentiam, ita ut alia non niſi ſucco ſuperfluo nimisque abundante & gigni & nutriri videantur, alia vero utile etiam nutrimentum vi quaſi, & haud levi ſæpius illorum, quibus accreſcunt, noxa, ſuffurentur & depaſcant, Botanicorum infimum haud fugit. Sic ad primam claſſem recenſeri poſſunt pleræque lichenum & mucedinis ſeu ſitus ſpecies, ut & fungorum nonullæ, omnes nimirum, quod ſcio, agaricorum, ſemine plerumque deſtitutæ, ideoque eodem ſeſe habentes modo, ac nodi, tophi & exoſtoſes animalium. Hinc etiam eſt, cur radicibus careant, & non promiſcue omnium eorum in cunctis arborum ſpe-

ciebus æque largus ſit proventus, ſed potius pro varietate ipſius ſucci, cui exiſtentiam ſui debent, varient & ipſæ hæ excreſcentiæ; ita ut quævis fere arborum ſpecies peculiarem ſibique propriam foveat vel fungorum, vel lichenum, aliorumve hujus commatis ſpeciem. Sic ex gr. *Sambucus* fungos illos, qui ne quidem vetulas fugiunt, *ſola* protrudit; *Tilia* itidem & *Larix* proprios ſibi, & à cæterorum familia longe diverſos producit; *Roſarum fungi* non niſi iſtum fruticem, qui *cynosbatos* fert, parentem ſui agnoſcunt; *Lichen arboreus* ſive *Pulmonaria arborea* J. B. raro in aliis quam quercubus germinat, *a*) hinc etiam vocem germanicam: *eigenlungen-Kraut*, originem duxiſſe probabile eſt. Ut taceam multiplices adeo *gallarum* ſpecies, tam quoad conformationem externam, quam internam, particulas puta conſtitutivas, mirum in modum variantes. Hæc omnia manifeſto probant, recenſitas modo arborum *excreſcentias* à ſuperfluo iſtorum ſucco nutritio & naſci & nutriri, hincque ſponte expulſas, nihilque ſucci nutritii, niſi quod ultro illis ſuppeditatur, abſorbentes, ſalutem potius quam noxam ſuis, ut ita dicam, nutricibus inferre.

§. II. Alterius claſſis ſubjecta nonnullas nobis offerunt *Muſcorum* ſpecies, ſeminibus quoad maximam partem præditas, hincque ad ſe ipſas propagandas ſatis aptas; his quandoque truncum arboris fruticisve tali in copia obſideri, ut ſuccus alibilis, nutritioni ejus dicatus, ab hac interceptus, tantæ multitudini alendæ vix ſufficiat, ideoque ipſam arborem ob defectum nutrimenti ſæpius perire, docent agricolarum obſervationes haud raro obviæ. Sic quoque huc referri merentur omnis generis inoculationes; præprimis vero *Viſcus*, plurimarum arborum proles, de quo MARCELL. MALPIGHIUS: *b*) *Tanta eſt vis*, inquit, *hujusmodi inſitæ*, *ut*

a) Frequentiſſimam hujus eſſe vegetationem ſupra corticem Pyri, Vitis, Pomi & Pruni meminit MARCELL. MALPIGHIUS in Anatom. Plantar. P. II. p. 50. Nobis vero tam felices eſſe raro contigit, alia in arbore quam in qercubus illum invenire.

b) Anatom. Plantar. P. II. p. 49.

ut ita dicam plantæ , ut ſubjecti rami , exhauſtâ alimoniâ vitiatâque ſtructurâ, vel monſtroſi reddantur, vel temporis diuturnitate exſiccentur. Hujus nunc luſtrationem pro virium modulo, hiſce theſibus ſpecialiorem ſuſcipere volupe eſt.

§. III. Vocis *ipſius* Etymologiam prolixe explanare ſtudio omittimus, ne actum agere videamur & noctuas ferre Athenas; neminem ſcilicet illam latere rati, qui materiæ illius, baccarum replentis vacuum à ſemine ſpatium, tenacitatem obiter tantum contrectavit manibus.

§. IV. Hic itaque frutex, mira pariter ac rara Botanicorum materiæque medicæ Scriptorum concordia, unanimiter *c*) ab omnibus Idiomate Latino, *Viſcus* ſeu *Viſcum*, Græco, ἰξὸς, *d*) Gallico, *Gui*, appellatus, Germanisque ſub nomine *Miſtel*, *Miſpel*, *Kenſter*, *Affolter*, *Marentacken* veniens, egregia miſeris mortalibus, vario morborum genere per omnem quandoque vitam cruciatis, præſtat officia; Hinc quoque Sapientiſſimus omnium, quæ exiſtunt, Creator, haud levi ſane erga nos amoris ſigno, proventum *illius* curavit ſat largum ubique fere regionum, cœli tempeſtate quanquam diverſiſſimarum, pariter ac de utiliſſimis quibusvis idem annotarunt naturæ curioſi. Ita enim *noſter* in calidiſſimis regionibus, imo ſub ipſa Zona torrida, teſtante Ill. Sloane, *e*) eâdem conſtantiâ viget, ac in Europæ noſtræ frigidiſſimis; neque etiam hyeme multum viroris ſui amittit, unde Virgilius: *f*)

Quale ſolet ſylvis brumali frigore viſcum
Fronde virere nova, quod non ſua ſeminat arbos.

Optandum hinc quam maxime foret, ut diſcerent homines Indias petituri, humores ſuos ad modum *Viſci* componere,

A 2 ſic

---

c) Sic enim PLIN. DIOSCORID. TRAG. MATH. LOB. PARCK. C. B. P. p. 423. DOD. PEMPT. p. 826. Hiſtor. Plant. Pariſinar. p. 371. venit.
d) ab hoc latinum vocabulum, viſcus, arbitrante ſic C. B. fluxit.
e) Hiſtor. natural. Jamaic.
f) Æneid. 6.

ſic ibidem morantes, tam multis obnoxii haud forent morbis, neque in patriam poſt longum intervallum dein reduces, de tempeſtatis inclementia tam repetitas jactarent quærelas, quippe aſſueti, frigori calorique ferendo, etiam intenſiſſimo.

§. V. Hic itaque frutex, terrâ *illius* nutritioni inepta exiſtente, in arboribus ſolummodo vegetat, quarum nulla fere tam vilis, quæ nutriendo illo à natura haberetur indigna. In aliquibus tamen lætior ac copioſior progerminat ac in cæteris, non omnium ſucco ad nutrimentum æque bonum atque largum illi præbendum apto exiſtente. Differentiam quoque haud levem ipſa regionum conditio offert, cum una regio producendis quibusdam arborum ſpeciebus alterâ fœcundior ſit, ita ut in omni regione non poſſit non in iſtis arboribus, quibus maxime frequens eſt, uberior *Viſci* eſſe proventus, dummodo huic alendo idoneus ſit illarum ſuccus. Hinc etiam Mâteriæ medicæ Scriptorum ortam eſſe diſſenſionem, in diverſas abeuntium partes, circa iſtam quæſtionem: *quænam arborum Species præ cæteris palmam ſibi præripiant in producendo Viſco*, merito conjicimus. CAJ. PLINIUS g) in *Quercu*, *Robore*, *Ilice*, *Pruno ſylveſtri* h) *Terebinthino*, nec aliis arboribus reperiri illum cum plerisque ſui ævi contendit; quousque autem hoc verum ſit, quivis vel leviter ſaltim Botanicæ operam navans, tacentibus nobis, ipſe intelliget. Sic enim in Alſatia *Malos*, *Prunos*, *Betulam*, *Pyrum* & *Corylum* copioſæ illum largiri nos cum CEL. MARC. MAPP. i) comperti habemus. Sic quoque BARTHOLINUS ZORNIUS k) in *Salice*, *Liguſtro* & *Vite vinifera* idem vegetare aſſerit. *Abietem* &

g) Hiſtor. natural. L. XVI. c. 44.

h) Neminem unquam ex Pruno ſylveſtri Viſcum provenire vidiſſe aſſerit JOH. HARDUINUS in notis ad Caj. Plin. Hiſtor. natur. L. 16. not. 40. hincque probabiliter admodum concludit, pyrum ſylveſtrem, in quo copioſus illius eſt proventus, legendum eſſe.

i) Hiſtor. Plantar. Alſatic p. 329.

k) Botanologia Medica. p. 705.

& *Tiliam* ejusdem non plane ſterilem eſſe, affirmat Exc. B. JOH. BOECLERUS *l*) ut & CASP. BAUHIN, *m*) qui & recentiores tum temporis idem quoque obſervaſſe in *Acere*, *Caſtanea*, *Cerro*, *Cotoneo*, *Cynosbato*, *Larice*, *Meſpilo*, *Nuce*, *Olea*, *Oxyacantha*, *Oxycedro*, *Populo nigro*, *Roſis*, *Subere & Sorbo*, memoriæ prodidit.

§. VI. Quamvis aútem pleræque arbores ad ferendum *Viſcum* aptæ natæ ſint, magna tamen reſpectu fœcunditatis illas intercedit differentia, quam à vario receptivitatis illarum gradu, hincque pendente majori minorive, ſemen ipſius excipiendi, recondendi atque debito modo nutriendi, aptitudine originem trahere, admodum probabile eſt. Ita enim *Quercus* quibusdam in regionibus, *iſto* admodum frequentes ſunt; imo, teſte BELLONIO, inter montem *Athon* & urbem *Ceres* & *Tricala* nulla reperitur quercus, in qua non proveniat *Viſcus*; unde generali, & quaſi à potiori deſumpto nomine, omnem, etſi aliarum arborum ſobolem, *Viſcum Quernum* appellare conſueverunt. In nonnullis regionibus *mali n*) & *Pyri*, præſertim *ſylveſtres*, copioſiſſimum ſubminiſtrant; e contra *Corylum* non niſi poſt centeſimum annum, ad *Viſci* generationem fieri maturum, quidam dicunt. *o*)

§. VII. Eſt itaque planta paraſitica, &, ſi comparatio inſtitui licet, à *Hedera* parum abſcedens; ſicuti enim *hæc* claviculis, ſerpentino reptatu progerminando largiſſime emiſſis, ſubjectisque ſibi vicinis infixis; ita & *illa* toto trunco nutrimentum haurit. Optime ergo ab Exc. HALLERO *Hedera* & *Viſcus* ſociantur.

§. VIII. Arborum corticibus infixum illius ſemen altas mox agit radices, per longitudinem ſub cortice arboris, cui accreſcit, inter libri involucra diſſeminatas, corticeque

l) In notis ad Cynoſur. Mater. Medic. Paul. Herman. P. I. C. 3. p. 239.
m) Pinax Theatri Botanic. p. 423.
n) Conf. MARCELL. MALPIGHII, *Anatom.* Pl. P. II. p. 49.
o) Vid. Exc. B. JOH. BOECLER, Cynoſ. Mat. Med. contin. P. I. C. 4. p. 170.

peculiari tectas, ut & fistulis ligneis, ceu totidem tracheis, quibus nutrimentum hauriunt, ornatas. Has aliæ minores excipiunt, quæ ad medullam usque penetrantes, totam ligni substantiam pervadunt, uti hoc eleganti pariter ac accuratissima Icone illustravit CEL. MARCELL. MALPIGH. p)

§ IX. Firmatus sic radicibus suis caulis brevis assurgit, cubitalem raro excedens longitudinem, principio modo teneriori, modo crassiori & robustiori, pro varietate tam qualitatis quam quantitatis succi advecti, per radiculas absorbendi, ita ut quandoque unicâ gemâ, binis foliis conglobatâ, in conspectum prodeat. Utplurimum vero, dummodo sufficiens utilis nutrimenti copia non desit, geminas promit gemmas, in totidem ramos robustos digiti crassitie abeuntes; hi ulterius surculos emittunt, gemmis quamplurimis itidem divites, novos iterum ramulos præbentibus.

§ X. Admodum ferax propterea *hujus fruticis* est fruticatio: Nam à radicibus brevis assurgens caudex frequenter in nodo geminos dat ramos; horum quilibet binas, interdum tres emittit propagines; hæ medio nodo quandoque sex novos ramos proferunt, quorum nonnulli septem gignunt surculos, in extremis apicibus geminis foliis aut floribus sese terminantes.

§. XI. Elevatum hoc modo caudicem cortex ambit viridis vel flavescens, utriculosus, tactu viscidus, odoris & saporis nullius, non adeo tener, (quippe truncorum fruticis nostri exsiccatorum ℥XI. offerebant ℥VIJ. materiæ lignosæ & ℥IV. Corticis) includens ligneam compagem coloris subalbidi, odoris saporisque plane expertem, fistulis & tracheis q) præditam, quas tranversales ordines, à cortice in medullam producti, veluti rotarum radia intersecant.

§. XII.

p) Anatom. Plant Tab. XXVI. fig. 105.

q) Elegantissimo sane spectaculo fistulæ hæ seu tracheæ conspici optime queunt in prunis, ex ramis fruticis nostris celerrime deflagratis, deletâ sponte flammâ prodeuntibus.

§. XII. Singulis trunci & Surculorum nodis adhærent bina folia, conjugatim posita, crassa, oblonga, angusta, herbacea seu ad luteum vergentia, fistulis & utriculis coagmentata, lævia, integra, quæ frigus facile ferunt, & æstu difficile marcescunt.

§. XIII. Sequuntur tandem flores, martio mense ut plurimum sese aperientes, monopetali, pelviformes, quadripartiti, *r*) mares, steriles, majores, quam plurimis verrucis obsiti, pulverem effundentibus genitalem, velut ex apicibus. Hi tota quandoque stirpe remoti à fœcundis seu embryonibus, quandoque eadem stirpe, verum diversis ramis, & nonnunquam eodem ramo, sed separatim nascuntur. Embryones autem ceu fructuum primordia, flores minores referentes, quatuor foliolis & aliquot staminibus stipati erumpunt. Hi deinde abeunt in baccas subrotundas, magnitudine pisis non inferiores, solitarias maxima parte, quandoque trigeminas, ante maturitatem virides, deinde ubi maturæ subalbidas ut plurimum, in certis speciebus rubras, *s*) diaphanas, ita ut appareant ligneæ fibræ per pericarpium dispersæ, quod utriculis componitur, lento & viscoso succo refertis.

§. XIV. In centro harum semen custoditur compressum & cordiforme, unicum, raro duplex, quod in geminas divisum partes, utriculis viridi succo turgidis congestas, seminalem plantulam continet, in geminos expansam surculos; ita tamen ut plantulæ hujus seminalis bini apices paulo promineant. Reliquum baccarum spatium explet materia quædam alba, aut in illa specie, quam rubras ferre baccas diximus, rubra, subdulcis, viscida, admodum tenax, quæ ubique semen ambit, ita ut hoc molli quasi lecto ab illa circumcinctum teneatur, ne facile lædi possit.

§. XV.

r) Vid. JOSEPH. PITT. TOURNEFORT. Institution. rei herbar. p. 609.

s) Sic enim TOURNEFORT. l. c. p. 609. speciei cujusdam meminit baccis rubris, ut & C. BAUH. in Pinace Theatr. Botanic. p. 423. quam præ aliis in oleis vegetare autor est Valentin. Kræutermann. Tract. Blumen- und Kræuter-Buch p. 318.

§. XV. Hæ notæ hucusque prolatæ quadrant ad omnes *visci* species, Germaniæ indigenas, in diversis licet arboribus propullulantes. At præter has & illam baccis rubris, de qua in notis supra jam mentionem fecimus, variæ adhuc prostant, in regionibus longe à nobis dissitis provenientes: Prima harum est *Viscum polycoccon t*) à vulgari solâ baccarum racematim cohærentium copiâ abscedens. Secundæ meminit C. BAUHINUS, *u*) *Viscum latifolium senis circulis utrinque insculptis* illam appellans. Tandem TABERNEMONTANUS plantæ cujusdam peruvianæ, *Visco* similis, arboribus innascentis, mentionem injicit. Sed nos, missis hisce minus cognitis, illis potius inhærebimus, quæ magis cognitæ, acquisitu faciles, omnibus in usum cedere possunt.

§. XVI. De generatione *fruticis nostri* non solum vulgi, sed & eruditorum varia est opinio: Veteres cum THEOPHRASTO & PLINIO *x*) *illum* quidem ex baccarum semine nasci crediderunt, eo autem modo, ut nisi baccæ à turdis aut palumbis aliisve hujus generis avibus antea comestæ fuerint, semen ad sui propagationem haud sit aptum; sed demum tale evadat, postquam baccarum pulpâ concoctâ per alvos harum avium redditur; statuentes scilicet, avium ventriculos illud demum maturare, ut plantula seminalis, (§.XIV.) medium ejusdem occupans, in motum cieatur, nutrimentoque attrahendo idonea fiat. Unde etiam PLAUTUS dicit de turdo, *quod ipsi sibi avis mortem creet, & turdus exitum sibi cacet, cum Viscum serat, per cujus gluten exinde parandum ab aucupibus capitur.* At, unde originem trahet in ejusmodi regionibus, ubi id genus avium deficit, & tamen copiosus reperitur Viscus?

§. XVII. Huic antiquitatis sententiæ acriter admodum se opposuerunt J.C. SCALIGER *y*) ut & UTERQUE BAUHINUS, fingentes eodem modo *Viscum* educi ex arboribus, quo cornua

t) Cam. ep.
u) Pin Theatr. Botanic p. 423.
x) Histor. Natural. C. XVI.
y) Exercit. 168.

nua ex animalium offibus ; fitus nimirum *vifci* arboribus inhærentis ratio, Viris hifce alias celeberrimis à veritate hac in re deflectendi anfam fuppeditavit; quippe in ramis quandoque tenuibus erectisque arborum nafcitur, quibus vix infidere poffunt aves, & in quibus, cum continuo ventis concutiantur, femen permanere haud poffet; deinde confpicitur aliquando tali in fitu, ut parti ramorum ad terram refpicienti infideat. Veruntamen, fi modo id attendatur, arillos iftos vifcofæ baccarum parti adhuc effe involutos, adeoque facile ramis prædictis adhærere poffe, res falva erit. Neque tamen eft, cur quis objiciat, ideo affenfum haud mereri horum fententiam, quoniam ejusmodi nafcendi modus noxam inferret ovulorum patronis. Haud folum enim univerfas plantas, verum & ne animalia quidem cuncta, fuam originem ducere ex ovo, tam Cl. Mery, z) Gallus fub initio hujus feculi jam annotavit, quam naturæ curioforum induftria, ad indagandum infectorum propagationis modum præcipue directa, nupperrimis demum temporibus egregie confirmavit, Cl. fcilicet de Reaumur, *aa*) Gallus infecti cujusdam vermiformis, polypus ab ipfo denominati, fpeciem invenit, quod in aliquot diffectum frufta, paucarum horarum fpatio tot integra offert animalcula, priori diffecto plane fimilia, in quot frufta infectum erat divifum. Neq; infeliciori eventu rem hancce tentatus fuit Cl. Trembley, Anglus, *bb*) aliud hujus generis infectum aquaticis plantis, præcipue autem *Lenticulæ*, ut plurimum infixum inveniens, quod tam per fui divifionem, quam vegetationem, protrudendo fœtus ab omni fui latere ad inftar totidem ramulorum parvorum, propagari confuevit; ita ut fi modum ejusdem, quo fe multiplicat, abftractè confiderares & folum, vegetabilibus potius quàm animalibus illud annumerandum diceres. Quid autem de Vegetabi-

z) Vid Hift. de l'academie Royal. Ao. 1701. p. 49. & les memoir. p. 143.
aa) Vid. Memoires fur l'Hiftoire des infectes, dans la præface.
bb) Conf. Memoires pour fervir a l'Hiftoire d'un genre de Polypes, Tom. II. p. 7. 8. 22. & fqq.

getabilibus judicandum? annon iſta §. I. recenſita ſemine careant, hincque non ab ovo oriantur, eſto problema & diſputandi objectum.

§. XVIII. Nemini ergo jam obſcurum eſſe poteſt, non ſemper ovulis naturam uti, ſed multiplicem illi patere viam, qua ſingulis, quæ exiſtunt, ad ipſorum propagationem fœtus largiri poteſt. Secura ideoque hac de parte omnino ſtaret hæc SCALIGERI opinio (§. præced.) & admittenda foret, niſi nonnulla multo majoris momenti extarent argumenta, quæ manifeſte loquuntur, *fruticem noſtrum* propagari per ſemen, nec aliter. Quanta enim quæſo exinde haud ſequeretur inconvenientia, ſi cornuum in modum naſceretur & *noſter*: Nonne quævis arbor frutexve peculiarem ſibi, neque aliis communem aleret ſpeciem, juxta differentiam arborum diverſam, ad minimum externe, præ ſe ferentem faciem? pariter ac id obſervari licet in animalibus cornigeris, & ejusmodi vegetabilibus §. I. recenſitis, quorum quælibet ſpecies externa facie & partium diſpoſitione cæterarum nulli reſpondet. Annon cuncta individua ejusmodi arborum ſpeciei, ubi *Viſcus* ſemel repertus fuit, quasque §. Vto protulimus, *eodem* ſemper fœcunda exiſterent, ſi *Viſcus* ſe haberet ad arbores, uti cornua ad animalia? Nihil autem dictorum in illa, quam examini ſubjicere molimur, *Viſci* ſpecie locum habet; diverſiſſimis in arboribus propullulans, easdem exhibet notas externas, nec pauciores pluresve. Neque quidem, quantum ex facta illius analyſi Chemica didiſcimus, interna partium conſtitutivarum proportio & harmonia diſſimilis ipſi eſt, uti paulo infra evidentius patebit. Sic etiam magnum quandoque nemus, ferendo *Viſco* aptis admodum quidem frequens arboribus, pauciſſimis tamen earundem *hoc* onuſtis exiſtentibus, invenitur. Et cui bono tandem tanta ſeminum copia? quem in finem tam elegans radicum apparatus, ſi ſpontaneo conatu *fruticem noſtrum* protrudunt arbores? hoc ſane carere potuiſſet, cum poſito hocce creſcendi modo nulli commodo *ipſi* inſerviat, pariter ac ejusmodi vegetantia, quæ à ſucco

aliorum

aliorum ſuperfluo natales ducunt, nullis plerumque inſtructa eſſe radicibus, jam ſupra §. I. monuimus. Naturam vero nil fruſtra facere, nemo ſanus facile negabit.

§. XIX. Propius itaque rem tetigiſſe videtur CL. RUDOLPH. JAC. CAMERARIUS, *cc*) qui ſolide demonſtravit, non poſſe aliter *fruticis noſtri* fieri propagationem, quam per ſemen. Hoc vero non ab avibus ſolum devoratum & redditum per alvum ad arbores poſſe deferri; ſed quocunque modo baccam, cui ſemen incluſum, ad ramos arborum, tam delapſu raptuque ventorum, quam roſtris avium, delatam ibidem adhærere, eo melius, ſi, vel ſponte, vel ab avibus, ſimul eſt rupta, ut glutine mediante fortius affigi queat. Hinc etiam eſt, cur in diverſis tam arboribus idem inveniatur *Viſcus*, plerarumque earundem ſoboles ſit. Ne autem dubium remaneat ullum, modum huncce ſeſe propagandi omnino eſſe veriſſimum, operæ pretium erit heic adducere obſervationem, quam CL. RAJUS *dd)* annotavit: *Pervertebraverat vir aliquis*, inquit, *præſentibus* LISTERO & PLACKNET, *medicis celeberrimis*, *Populi albæ corticem*, *inſeruitque granulum Viſci*, *quod inſertum dein germinavit*, *plantamque illam produxit.* Confirmat hoc ulterius ILL. COLBATCH, Anglus, *ee*) inquiens: *Der Miſtel iſt offt bey machung eines Ritzes in die Rinde des Baums und mit der dareinlegung des Saamens fortgepflantzet worden. Und wie ich berichtet bin, ſo hat jemand hier im Lande alle ſeine Bæume im Garten mit Miſtel gezieret, um ſolche im Winter dadurch angenehm zu machen; denn es kan nicht wohl eine angenehmere Pflantze zur Augenweide gefunden werden.*

§. XX. Neque mirum cuidam videri debet, quod diverſo tot arborum ſucco *nutritus*, haud quoque diverſus ſit,

 pro

cc) In Miſcell. Nat. Curioſ. D. 3. Ao. I. Obſerv. 106. p. 173.
dd) Hiſtor. Plantar. p. 1918.
ee) In Diſſertatione prima de Viſco, Germanico idiomate donata à CEL. D. D. DIEDERICH WESSEL LINDEN, libelloque inſerta cui titulus: Gründliche Chemiſche Anmerkungen über Herrn D. Schüttens Phyſicaliſche Nachricht, vom Urſprung der Mineraliſchen Waſſer &c.

pro arborum diverſitate ; vegetabilium enim variationes non dependere à ſucco, qualis advehitur, ſed qualis abſorbetur ab inſitæ, ut ita dicam, plantæ tracheis ſeu fiſtulis, docent iterum arborum inoculationes, ubi implantati eidem trunco diverſarum arborum ſurculi, fructus producunt ſinguli, ſuæ ſpeciei convenientes & proprios. Hoc ſane non contingeret, ſi diverſi iſti ſurculi cuncti ſimile plane nutrimentum haurirent, haudque modificatum, pro diverſa foraminulorum, in quæ dictæ tracheæ ultimo definunt, conformatione. Sic quoque pari ratione *Viſcus*, diverſiſſimis quanquam infixus arboribus, idem tamen haurit nutrimentum ; nihil quippe admittens, niſi quod fiſtulis ſeu tracheis, (§. VIII.) radicibus (§. VIII.) illius inſertis congruum eſt, reliquo præterlabente fiſtularum orificia. Confirmant idem ulterius tam multiplices in microcoſmo ſecretiones, quas eandem agnoſcere cauſam nemo neſcit.

§. XXI. In uſum Medicum adhibetur ſolummodo lignum ſimul cum cortice ſuo, raro baccæ, cæteræ autem partes nunquam. Ex baccis tamen quibusdam in locis conficiunt gluten, quod Viſcum nominant, hoc modo: Baccæ in aqua donec diſrumpantur coctæ contunduntur in mortario, & tamdiu in aqua fontana lavantur, donec furfuracea excrementa, à glutine ſpoliata, eximi queant. *ff*) Inſpiſſatum dein aucupibus ad capiendos aves inſervit, unde etiam Germanis Vogel-Leim audit. Ex baccis, meſſium tempore collectis immaturis parari debere Viſcum vult PLINIUS, *gg*) ſtatuens amplitudine illas quidem augeri, Viſco vero marceſcere, ſi imbres acceſſere. IDEM, ex aridis contuſis & cum aqua putrefactis, rurſusque poſt putrefactionem malleo tuſis baccis, optimum fieri ſejunctis pelliculis, contendit.

§. XXII.

ff) Conf. Samuel. Dale Pharmacolog. P. II. p. 413. & Garidell. Hiſtor. Plant. 491.

gg) Hiſtor Nat, L. XVI. C. 94. Tom. II. p. 42.

§. XXII. Vario modo glutine hocce tam interne *bb*) quam externe *ii*) utebantur Veteres. Recentioribus vero ævis ita oblivioni traditus eſt illius uſus, ut materiæ medicæ ſcriptorum celèberrimi vix verbulo illud tangant; deterriti forſan vi illius draſticâ, tam à veteribus jam, quam à recentioribus obſervatâ. Interim tamen à baccis capræ & damæ optime ſaginantur, & operæ ſane pretium eſſet, disquirere in rationem energiæ iſtius nocivæ, quam venenatam proclamat NEANDER; num ſcilicet haud corrigi queat peccans iſta qualitas, ut non merentes etiam, quæ in medicamentorum ordinem recipiantur baccæ, ad minimum annonæ caritate pauperibus ad ſuſtentandam vitam inſerviant. Ejusmodi correctionem opus non adeo arduum eſſe, probant fructus caſtaneæ equinæ, gallis, maronier d'Inde, ob amaritiem ſummam plane inutiles, at lixivio, ex ♆ & cineribus lignorum parato, per 48. horas macerati, ſublatâ ſic omni amaritie, optimum pecoribus pabulum præbentes. *kk*) Cæterum lubentes ſane inquireremus in virulentæ baccarum noſtrarum virtutis cauſam, pariculum facientes, annon cognitâ eâdem poſſit inveniri medium, quo vel plane auferri, vel ad minimum ſuâ ferociâ privari queat, ni obſtaret temporis anguſtia, cujus, ut & inſtituti noſtri, ne diſſertationis terminos transgrediatur opus, omnino habenda eſt ratio. Mittimus ideoque baccas, utpote in arte ſalutari nunc temporis parum valentes, illarum examen chemicum, ſi Deus vires vitamque largitur, alii occaſioni reſervaturi, nosque denuo convertimus ab ipſos *fruticis noſtri* truncos.

§. XXIII. Variis Veteres circa *Viſci* collectionem agitabantur ſuperſtitionibus: Ita enim quidam, *ll*) primâ lunâ ſine ferro è Robore collectum, religione efficaciorem fieri; ſi

 terram

bb) Vid. PLINIUS l. & c. c.
ii) DIOSCORIDES Libr. III. p. 408.
kk) Conf. LES MEMOIR. DE L'ACADEMIE ROYAL. 1720. p. 600.
ll) Vid. PLINIUS L. c. l. XXIV. c. IV. Tom. II. p. 328.

terram non attigit, comitialibus mederi, putabant. Alii illum inter duos dies B. Mariæ, id eſt, à die 15. Aug. ad 8. Sept. creſcente luna collectum, præcipue qui in Corylis naſcitur, amuleti inſtar collo appenſum, contra Epilepſiam atque Paralyſin valere, Ettmullero docente, dicunt. Nobis, miſſis hiſce antiquitatis placitis, colligendus eſt autumno, tempeſtate ſerena; optimus, qui interne paululum rufeſcit, ſucco plenus, cortice tectus pariter ſucculento, interne pulchre viridi, externe ſubfuſco ad viridem vergente. Reliquas cautelas, quæ circa ejusdem collectionem, modum exſiccandi & aſſervandi, annotari merentur, qui ſcire cupit, adeat Ill. Colbatch primam diſſertationem de *Viſco*, ſupra jam allegatam, qui hac de re optime diſſeruit.

§. XXIV. Notis characteriſticis fruticis noſtri quanquam nunc deſcriptis, nondum tamen licet egregias ipſius exponere virtutes; ſupereſt adhuc, priusquam ad hoc deſcendamus, ut paucis diſquiratur, qualem partium illum conſtituentium, ceu principiorum ſic dictorum, harmoniam ſeu proportionem nobis offerat analyſis chemica, ut exinde, quantum quidem eô ratiocinari fas eſt, conſtet, quo modo morbis, quibus mederi experientia & obſervationes tot celeberrimorum Practicorum teſtantur, proficuus ſit illosque debellet.

§. XXV. Retortæ ideoque immiſſæ *fruticis noſtri* ligni recentis, ſuo cortice adhuc veſtiti, & in minora fruſtula inciſi libræ duæ evomebant in excipulum retortæ collo, ut eſt artis, bene adaptatum leni primò igne, commiſſuris rité luto obductis, adhibito, liquoris aquoſi, diaphani, limpidi, ad luteum tamen paululum vergentis, odoris empyrevma parum redolentis, cæterum vero nullius, ſaporis plane expertis uncias quatuor; auctâ dein ignis torturâ mutatoque vaſe recipiente, liquoris exſpuebant ſubfusci, acidiuſculi, tetri odoris empyrevmatici uncias ſeptem & drachmas duas, ſupernatante partim, partim vero fundum petente oleo empyrevmatico, nigricante, craſſo, odorem ſpirante oleis ejusmodi

modi proprium atque communem, drachmarum decem pondus æquante. Refiduum in retorta caput mortuum, carbones omnino referens, cum aqua coctum ⊖is alcalini fixi plane nihil exhibuit, uti idem in cunctis carbonibus fieri obfervavit CEL. NEUMANNUS. mm) In cineres vero per combuftionem redactum, debitoque modo cum aqua elixivatum ⊖is hujus fixi fcrupulos duos & grana fedecim fuppeditavit, reftitante materia terreftri planeque infolubili, unc. VI. & drach. II pendente.

§. XXVI. Corticum *fruticis noftri* feorfim cum aqua coctorum libra femis c. p. largita eft extracti gummofi, fufci, amaricantis unciam unam & drachmas quinque. Iidem vero, gummofa fua parte jam jam fic exuti, tincturam fiftebant faturate admodum viridefcentem, poftquam ♁tus vini rectificati aliquot libræ illis fuere affufæ, & confueto modo digeftæ. Hæc vero, abftracto iterum vini ♁tu, fuppeditabat extracti refinofi ejusdem, fed paulo obfcurioris coloris, drachmas tres, quod picis ad inftar flammam avidiffime concipiebat. nn) E contra vero ligni, cortice fuo orbati & minutim incifi libra femis, eidem, cui cortex, examini cum aqua primò fubjecti, folummodo fcrupulos duos extracti gummofi, refinofi vero cum ♁tu vini evocati quinque faltim grana obtulit.

§. XXVII. Cum aqua præmiffâ digeftione in cucurbita alembico inftructa coctæ fruticis noftri fcobes, ita ut vapores inde afcendentes & per frigus denuo in guttulas condenfati, neque jufto tardius, neque celerius prodibant, aquam illam depluentem aut, uti loqui amant, deftillatam nullo plane, neque odore, neque fapore inficiebant peregrino. Et idem

mm) Conf. Prælection. Chemiæ. P. II. Cap. III. p. 372.

nn) Judicent nobis peritiores, num ejusmodi producto, quod omnia refinæ poffidet attributa, nomen refinæ haud imponendum; nefcio itaque, quo jure Clariff. alias D. D. LINDEN, in notis ad alteram, de Vifco Ill. COLBATCHII differtationem, Illuftr. Autorem reprehenderit, ftatuentem, partes refinofas reperiri in Vifco.

idem plane fucceffus obfervatus, ubi aquæ fubftituimus ⁓tum vini; utpote qui pariter nihil peregrini, neque guftui, neque olfactui offerebat.

§. XXVIII. Pofitis hifce patet, *fruticis noftri* contenta eadem effe, quæ vegetabilium pleraque alunt, fi excipias defectum partium volatilium ⊖inarum & oleofarum; prima enim operatio (§. XXV.) ⊖inas volatiles particulas certo certius in apricum produxiffet, fi harum quædam cæteris illius partibus intertextæ fuiffent. Particulæ autem oleofæ æthereæ, ebullientis aquæ & vini fpiritus efficaciam fubterfugere haud potuiffent, quin potius cum hifce fimul in fublime vectæ, fapore & odore fe manifeftaviffent, hincque aquam pariter ac ⁓tum Vini odore fuo fpecifico imbuiffent; pari ratione ac idem omnia vegetabilia, particulis ejusmodi oleofis impregnata, efficere notum eft. Sic quoque ex §pho XXVI. palam fit, cortices *fruticis noftri* particulis gummofis ab aqua folubilibus, ut & refinofis, ipfâ ejusdem medullâ five ligno magis divites effe, ita ut extractum gummofum corticum fe habeat ad partem gummofam ligni, ut drachm. XIII. ad fcrupulos duos; id eft, ut $39 : 2 = \frac{39}{2} = 19\frac{1}{2}$. ex quo patet, quod decies novies cum femiffe corticum pars gummofa eandem ligni fuperet; Refinofi vero extracti ex cortice educti proportionem ad fimilem ligni effe apparet, qualem inter fe habent drachmæ tres ad grana quinque; id eft, $180 : 5 = 36 : 1 = \frac{36}{1} = 36$. Ut adeo differentia, qua corticis refina fuperat refinam ligni, fit trigefies fexies; è contra autem medullam five lignum copiofiores alere terreftres partes infolubiles.

§. XXIX. Compofitus ergo eft *frutex nofter* ex particulis admodum paucis ⊖inis +dis & fixis alcalinis *oo*) multis

oo) Obviam jam nobis hic videmus præexiftentiam ⦶ium alcalinorum negantium cohortem, dicentem, nihil ⦶is alcalini

tis resinosis seu 🜍reis, pluribus gummosis aquâ solubilibus, basin hisce præbentibus terrestribus & phlegmaticis.

§. XXX. Ne autem quis putet, *Viscum* ex quercubus propullulantem cæteris valentiorem esse, illumque solum cognitos ab ipso in Medicina effectus exhibere, uti quidam, nimia antiquitatis veneratione ducti putavere; sedulo inquisivimus, an per analysin chemicam quædam partium constitutivarum possit detegi differentia, sumendo *Viscum* ex quercu & talem ex pyris sylvestribus provenientem, dictaque in §phis antecedentibus experimenta simili plane modo cum utroque instituendo; sed eventus docuit, pari passu utrumque ambulare.

§. XXXI. Sed hactenus, facem præferente chemia & experientiâ, suffulta ratione, plana fuere pleraque, nunc obscuriori incedendum via, ubi mox in limite occurrit quæstio, num omnes recensitæ partes, nondum sejunctæ, sed firmissimo, quem natura illis indidit, nexu cum se invicem adhuc implicitæ, postquam corpori ingestæ humano, eundem edant effectum singulæ, quem qnævis earundem offert, separata jam à cæterarum connubio in usum vocata? Huic negando respondemus; nam tantus in corpore humano æstus sane haud viget, qui eliciendis particulis ⊖inis +dis & alcalinis fixis par esset, quod tamen necessario requireretur, si eundem velis exhibeant effectum, quem liberæ præstant. Non quidem dicimus, illas plane nihil valere, quippe quæ cæterarum partium actionem vel refrænare & modificare, vel quoque, calcar illis addendo, augere & varia ratione dirigere possunt; ita ut, quanquam proxime ipsæ non agant, remote tamen vel prodesse vel obesse valeant: Ita enim est

C pro-

lini jam formati inesse corporibus, sed igne demum illud generari; sed stet cuique sua hâc in re libertas credendi; nobis interim argumenta ad manus sunt, quæ ⊖ium alcalinorum fixorum non solum loquuntur sed & clamant præexistentiam.

profecto; specifica cujusvis vegetabilis virtus haud est quærenda in una alterave parte ejus constitutiva, sed omnibus potius simul præsentibus; quidquid etiam glorietur Autor iste anonymus, Gallus *pp*) de ⊖ibus suis essentialibus, obstetricante solá aqua ex vegetabilibus plurimis per triturationem prolectis, specificamque suorum subjectorum virtutem plenarie referentibus; Nondum enim extra omnem dubitationis aleam positum est, an revera ista producta, mediante aqua ex corporibus & præcipue ex vegetabilibus evocata, è ⊖ium classe sint. Nobis ad minimum, qui ipsi rem cum frutice nostro, juxta Cel. Authoris normam tentavimus, id felicitatis non contingebat; nihil quippe ex tota libra obtinentibus, ac scrupulum unum & aliquot grana materiæ viscidæ, colore & sapore extracto isto §. XXVI. allegato plane similis. Sic quoque judicium Cel. D. D. Grosse *qq*) de hisce ⊖ibus essentialibus latum, ita comparatum est, ut, nisi ⊖ium titulo illa ornavisset, extracti gummosi descriptionem datam esse potius existimares. An ergo è ⊖ium sint prosapia, judicent nobis peritiores? Sed sit ita, ad minimum hoc certum, multa dari medicamina, è vegetabili præsertim ut & minerali ortum trahentia regno, quorum virtutes ejusmodi nituntur particulis, in quas aquæ nulla plane potentia, quæque, licet subjectorum suorum reliquis partibus adhuc nuptæ, maximam partem virtutis illorum specificæ absolvant, tamen, si à cæterarum connubio dissociantur, mox alium à priori longe diversum edunt effectum. Minime propterea corporum partes aquâ solubiles solæ, omnes suorum subjectorum vires specificas exhibere valent. Sic enim ♁ium crud. semimetallum illud, quod curru triumphali dudum circumvexit Basilius Valentinus, contracturis

---

pp) In libr. qui inscript. Chymie Hydraulique, pour extraire les sel essentiels des Vegetaux, Animaux & Mineraux, avec l'eau pure.

qq) Vid. l. c. p. 277. sqq.

ris & acerbiſſimis articulorum doloribus mederi teſtatur Kunckelius. Idem cum cortice Chin. Chin. remixtum febres maxime rebelles atque omnis generis pertinaciſſimas debellare annotavit Ger. Arn. de Vinquedes, *rr)* neutra quanquam partium illius conſtitutivarum, ♀re puta atque regulo, ſolâ idem efficiendi apta; quippe quæ, præcipue ubi ⊖is cujusdam +di pauxillo junctæ, vomitus potius procreant, ſi ſeorſim propinantur. Neque etiam à ſolâ diverſâ partium corpora conſtituentium indole, corporum proprietatum dependet varietas, quin potius pleraque ex iisdem plane, proportione tamen diverſis, coagmentata partibus, diverſiſſimos ſæpe exerant effectus, uti hoc ſatis ſuperque liquet ex analyſi chemica vegetabilium. Sed redeamus in viam. Vidimus jamjam quæ partes agere nequeant; reſtat ideoque, ut illas paululum perluſtremus, quibus virtutes, quas *frutex noſter* edit, quoad maximam partem debentur.

§. XXXII. Hæ ſunt reſinoſæ, gummoſæ & terreſtres, *ss)* (§. XXIX.) quæ tamen iterum pro vario propinandi modo, aut omnes ſimul agunt, aut quædam ſaltim; ſic v. gr. ubi *frutex noſter*, absque ulla præparatione in pulverem ſulummodo redactus, cenvenienti vehiculo propinatur, cunctæ triplicis hujus generis partes actionem quandam præſtare queunt, præ cæteris tamen caput eminentius erigentibus terreſtribus. Quodſi vero idem in fruſtra minora inciſus cum aquâ coquitur, decoctaque aqua hauritur, gummoſæ partes, paululo terreſtrium atque reſinoſarum refertæ, quippe cæteris lubentius vi aquæ obſecundantes, maximum, imo omne fere abſolvunt punctum; dictu ideoque admodum difficile eſt, qualem hæ vel illæ partes energiam poſſideant, cum nunquam ſibi ſolæ & à cæterarum admiſtione plane purgatæ aſſumantur, quodſi vero etiam puræ corpori ingererentur humano, certe illum non exhiberent effectum, quem huic

C 2 vege-

rr) Conf. Ephem. Nat. Curioſ. Cent. VI. obſ. XL.

ss) Phlegmaticæ enim ſub exſiccatione jam fugam capeſſunt.

vegetabili ſpecificum eſſe experientia docemur. Nemini itaque mirum videatur, cur rationes qualitatum *fruticis noſtri* haud à priori expoſituri ſimus; quis enim illas dabit, niſi cui ſpecificas miſcibilium contemperationes, vel particularum formationes noſſe datum eſt! Experientia ideoque viam monſtrante progredimur ad exponendas *fruticis noſtri* qualitates, in ſubigẽdo atrociſſimo ſane morborũ genere valde conſpicuas.

§. XXXIII. Specifica certo reſpectu dari medicamina, quæ non ſolum certis quibusdam noſtri corporis partibus, verum & indicationibus ſpecificis, tanquam ſpecifica indicata, ſpecifico dono prædita, ſuccurrunt, jam ſolide ſatis ab Ill. Wedelio *tt*) demonſtratum fuit; quanquam enim quidam illa negare audeant, hoc tamen eatenus ſolummodo obtinet, quatenus cœca, occulta & irrationali determinatione, ceu ſympathiâ aut magnetiſmo peculiari illa agere quis contenderet. Jllo itaque reſpectu *frutex noſter* ab Ill. hoc viri Cephalicis medicamentis jam annumeratus fuit, utpote nervorum ſyſtemati admodum gratus, morbisque é contra illud affligentibus valde inimicus.

§. XXXIV. Sin vero, quod Becherus in concordantia ſic dicta alchymicorum circa metallorum meliorationes proceſſuum non ſine laude præſtitit, rerum paralleliſmum, maximi juxta Baglivum in medicina momenti, expendere placet, apparebit longum morborum catalogum, quorum averruncum e. gr. Lonicerus *Viſcum noſtrum* eſſe propalaverat, unicum fere illorum affectuum præternaturalium genus complecti, qui ſcilicet ſpirituum morbi ex ſpaſmo dicuntur, & ea quidem de ſpecie, ubi ex heterogeneis nervorum liquido immixtis, ſive ſenſus interni, uti in inſomniis, incubo, ſpectrorum apparitionibus, memoriæ ac ingenii læſione vel moria Foresto nuncupata, ſive membranæ ac tonus cerebri, uti in Epilepſia, Vertigine, perturbatione cerebri Wepfero dicta, ſive nervorum ſyſtematis partes, uti in convulſionibus & ſpasmis

---

tt) In Amœnitat. Mat. Med. Libr. I. Sect. III. Cap. I. p. 120.

mis variis, ſcilicet Otalgia, Angina rheumatica, Stranguria &c. male afficiuntur.

§. XXXV. Ut autem pateat quibus in morbis præcipue *frutex noſter* opem ferat ægrotantibus, propria experientia adhucdum deſtituti percurremus breviter Autores Practicos, adjuncturi ſuo ſemper loco egregias obſervationes, quas ex benevola communicatione Claris. atque Experientis. D. Balthasar. Ehrhardti, Med. Doctoris atque Phyſici ordinarii Memmingenſis famigeratiſſimi, inclytæ in Germania ſocietatis naturæ curioſorum Membri digniſſimi, Fautoris atque Præceptoris noſtri omni obſervantia ſtrenue colendi (qui ſuo docet exemplo, poſſe aliquem & induſtrium hiſtoriæ naturalis promotorem & bonum medicum practicum ſimul eſſe) poſſidemus.

§. XXXVI. Laudatur autem decoctum *fruticis noſtri* in *Acineſia* ſeu *Paralyſi linguæ*, *uu*) remixtum cum oxymelle ſquillitico & gargariſmatis inſtar applicatum. In *Colica ſpasmodica*, *Anorexia*, *depravato guſtu*, *Dyſpnœa* noſtro demum ævo magni æſtimatum eſt. *xx.*) ſic quoque *ad partum provocandum yy.*) pulvis ejusdem commendatur. Idem in ovo ſorbili hauſtum, ad *nimium menſium fluxum* ſedandum expertum Paracelsi fuiſſe remedium teſtatur Mich. Ettmullerus, *zz.*) cui etiam applaudit Cel: Paul. Hermannus *aaa.*) addens, *nimio alvi & hæmorrhoidum fluxui* illum pariter mederi. Nec minus in *pleuritide bbb.*) quidam cum fructu pulvere ejusdem utuntur. Neque reticendæ ſunt laudes ipſius, quas in *Apoplexia ccc.*) & *vertigine ddd.*) profliganda

uu) Vid. CL. B EHRHARDTI Zugab zu D. Adami Loniceri Kræuter-Buch p. 27. & 28.
xx) Conf. Act. Natur Curioſ. Vol I. p. 422.
yy) ARNOLD DE VILLA NOV. l. 3.
zz) Vid. Coll. Pharmacev. in Schrœderum. P. I. Sect. I. p. 638.
aaa) In Cynoſura Mat Med. P. I. C III. p. 237.
bbb) Conf. CHRISTIAN JOH. LANGII Lection. de Mat. Med. Sect. II. Cap. II. p. 385.
ccc) Idem l. c.
ddd) Conf. BARTHOLOM. ZORN. Botanologia medica, p. 554.

fliganda ſibi comparavit, quod veteribus jam notum fuiſſe admodum probabile eſt; Hinc olim Vates manu tenebant *Viſcum*, ne vertigine corriperentur. *eee*) Contra *Phthiſin* quam-maxime commendatur in Ephem. N. Curioſ. *fff*) unguentum ex cortice medio *Viſci querni* & *butyro majali* confectum. –∽–tus –|–diuſculus, (§. XXV.) per deſtillationem ex *frutice noſtro* prolectus, movet ſudorem; *ggg*) uti idem de aceto vini affirmat Cel. Boerrhave. *hhh*)

§. XXXVII. Sed ſatis de his incertioris ſedis *fruticis noſtri* laudibus, progredimur ad illas, quæ perſpicaciores, repetitaque ſæpius experientia ſuffultæ ſunt. Inter haſce præprimis eminet egregia vis ejus antepileptica, quam ut & modum utendi Ill. ac ingenuus medicus Anglus, D. Joh. Colbatch, quem ſupra jam laudavimus, optime expoſuit, & obſervationibus quamplurimis firmavit & amplicavit, editis anglico prius idiomate diſſertationibus binis, quæ Pariſiis 1729. in Gallica lingua prodierunt; nunc vero doctâ Experientiſ. Medico-Chemici, Cel. D. Lindenii *iii*) pennâ in publicum germanice prodierunt. Pandit Autor fide dignus ibi exempla Epilepſiarum & morborum convulſivorum etiam periodicorum, maxima pertinacia affligentium, ut vires etiam enervatæ, mentis debitus uſus omnino corruptus fuerit, quos tantum non omnes debito *Viſci* uſu à ſe curatos aſſerit.

§. XXXVIII. Studiò omittimus recenſere exempla copioſa, quæ ibi proſtant, & laudes, quas *frutici noſtro* Cel. Autor attribuit, in profliganda Epilepſia inſignes, ita ut nullus dubitet, illum ut ſpecificum in hoc morbo celebrare; legi autem poſſunt cui lubet in dictis ejusdem diſſertationibus.

eee) Vid. HEURN. L. II. method. ad prax. c. VII.

fff) Dec. 2. Ao. 2. obſ. 109.

ggg) Conf. JOH. MICHAEL. Opera Medico-Chyrurgica. P. I. L. II. de morbis capitis.

hhh) Conf. Elem. Chem. Tom. II. p. I. p. 186.

iii) Vid. liber, quem ſupra jam in not. *ee*) allegavimus.

bus. Interim tamen à ſcopo noſtro haud alienum erit, brevem ſciagraphiam recentiſſimorum experimentorum, ultimo ſemeſtri anni proxime elapſi 1746. inſtitutorum, huc annectere.

I.) Juvenis celeberrimi Eruditi filius, convulſionibus ex terrore ortis correptus, ob temperamentum agile nimium, iracundiæ facile, hæmorrhagiam narium & achorem ac ſcabiem emanentes, diris convulſivis ſymptomatibus per ſemeſtre duriter habitus, etiam ad periculum fatuitatis aut perturbationis, liberatus eſt pulvere *Viſci* ℥ß ter in die ſumpto, ſuperhauſto decocto ejus primis diebus, melius remedio dein ad prophylaxin prolongato.

II.) Puella ruſtica prope Cœnobium Roth, haud procul à patriæ noſtræ ſedibus diſtans, tredecim annorum, ex terrore lunaticâ epilepſiâ laborans ſimiliter ſanabatur.

III.) Gravida paupercula ultimis binis menſibus tam atrocibus convulſionibus rapta, ut omnia dilaceraret veſtimenta tegumentaque, uſu pulveris *fruticis noſtri* paroxysmi mitiores & unus quotidie; *kkk*) ſed puerpera facta eodem momento liberatur, lochiis mere ichoroſis; ipſa ſaniſſima & infans.

IV.) Religioſus procerioris ſtaturæ convulſiva ſyncope & vomitu aquæ ex gula ſæpe tentatus, aliquando mane in choro perturbatione cerebri, ſpaſmo præcordiorum tantoque ſenſuum concuſſione afficiebatur, ut pene Epilepticus concideret; liberatus eſt uſu *viſci* non hujus ſolum recurſu, ſed & antecedentium.

§. XXXIX. Neque quidem noſtris demum temporibus uſus *Viſci* adeo invaluit & tam inſignes contra Epilepſiam effectus præſtitit, quin potius multis retro ſeculis non ſolum jam cognitus, verum & admodum magni habitus fuerit. Evidens hujus rei teſtimonium exhibet Th. Para-

CEL-

kkk) Affectus gravidas affligentes graviores raro easdem durante geſtationis tempore plane deferunt; hinc non mirum, cur noſtra quoque haud plane ab uſu Viſci convaluerit.

CELSUS, inquiens: *Viſcus loco ⊖is dandus caduco laborantibus.* Sic quoque antiquiſſimi Gallorum ac Germanorum Philoſophi ac Sacerdotes, Druidæ dicti, ingentem ſuo tempore nominis celebritatem adepti ea de cauſa, quod Epilepſiæ aut comitialis morbi ſanatione etiam ſagaciſſimos Græcorum & Romanorum medicos antecellebant. *lll*) Non apparuit quidem clare, quo remedio id effecerint; cum vero quercus illas, in quibus *Viſcus* progerminabat, religioſa veneratione proſequebantur, ita ut teſte PLINIO *mmm*) illis nihil ſacratius haberent, & talem *Viſcum* ex quercubus propullulantem, omnia ſanantem ſuo vocabulo nominarent; ævo autem recentiori virtus hujus vegetabilis medica innoteſcebat, aliæque imprimis genuinæ antiquitatis traditiones idem per plura retro ſecula confirmabant, nullus dubio relinquitur locus, famoſiſſimos illos Druidas, feliciores illas ſanationes *Viſci* querni ope peregiſſe. Plura qui de viribus Epilepſiam debellantibus *Viſci* ſcire cupit, adeat JOH. STOCKER. praxin auream, ab ADR. TOLL. ed. L. I. C. 3. & EMANUEL KÖNIG *Regn. vegetabile* quadripartit. p. m. 104.

§. XL. Non ſolis vero cancellis ſolæ antepilepticæ virtutis *frutex noſter* circumſcribi patitur; quippe qui in *Chorea ſancti Viti*, Germanis *St. Veits tantz*, atrociſſimo ſane morbo raroque aliis auſcultante remediis, præſentaneam & tutisſimam opem fert. Illuſtravit hoc egregie obſervationibus plurimis laudatus jam ILL. D. COLBATCH, in biga iſta diſſertationum ſupra allegatarum. In harum altera ille tanti miſeriæ hujus gradus mentionem fecit, ut ſenſus maxima parte corrupti, loquelæ uſus ob balbutiem tantum non plane ſublatus, muſculi in toto corporis ambitu omnes convulſivis motibus continuo correpti fuerint, ita ut neque pedibus inſiſtere, neque manibus ad porrigendos ori cibos uti potuerit ægrota. Atrociſſima hæcce ſymptomata, uſu debito

fruticis

lll) Conf. hac de re Joh. Georg. Frickii Commetar. de Druidis.

mmm) Hiſtor. natur. L. XVI. c. 44.

fruticis nostri, tam in pulvere quam decocto adhibiti, aliisque minoris quidem efficaciæ antepilepticis remediis combinati, à se sublata fuisse asserit Ill. Autor, evidenti omnium symptomatum primâ statim septimanâ remissione, continuatâ dein per mensem & ultra eâdem methodo, abolitione plenaria.

§. XLI. Sic etiam in *Stranguria* multum auxilii tulit usus ejus, præsertim in decocto propinati. Ut hoc exemplo illustremus, sit sequens observatio: Senex rusticus stranguriosus singultu accedente pene exanimatus est; omnes inflammationem convulsivam ventriculi dixerunt; sed decocto *Visci* sine pulvere singultus extemplo sedatur & æger meliores vires recolligit. Eodem plane modo stranguria nocturna figuli cujusdam egregie alleviata fuit.

§. XLII. Quod & in *Asthmate nocturno & convulsivo* præstiterit, Ill. Colbatch, altera dissertatione, aliquot annis post priorem evulgata, optime etiam observationibus exposuit, quas ob paginarum angustiam hic reticemus. In hoc prioris observationes partim firmavit, partim ingenue fassus est, ubi non juverit: Nam summa medicorum sapientia, nosse terminos artis. Interim tamen plures ad manus sunt observationes, hoc in morbo *Visci nostri* efficaciam probantes, quarum unicam, quæ chartæ committatur, omnino dignam putamus: Cingularius vel faber ærarius, ab hæreditaria dispositione convulsionibus per plures annos affectus, Asthmate per annum & ultra singulariter convulsivo laborans suffocatio & apoplectizante, liberatur pulvere *fruticis nostri* ad ʒß ter in die sumpto superhaustoque decocto ejusdem. Notabile, huic sudorem criticum per manus & sub axillis erupisse.

§. XLIII. Non placet corradere ex Authoribus plures *Visci nostri* laudes, antiquioribus magis notas, ut TRAGO, MATHIOLO, FUCHSIO, LONICERO, J. BAUHINO, apud quos, cui volupe est, legi possunt. Interim tamen, dum prætermittimus ex Authoribus vulgatioribus plura recitare *fruticis nostri* excomia; rem tamen haud ingratam æstimamus ex iis, quæ paucorum in manibus versantur, quædam decerpere. Decus illud Medicinæ, ILL. BARONETTUS SLOANE nnn) refert, Medicum quendam ex æthyopibus oriundum, inque curando Asthmate Jamaicæ valde celebrem, feliciter sæpe hunc in scopum *Visco* usum fuisse, mixto ooo) modò baccis, modo summitatibus Coral arboris Clus. quæ tonica virtute gaudent. ILL. BOYLE, Anglus, meminit Epilepsiæ pertinacissimæ nobilis cujusdam virginis, per solum vsum pulveris *Visci nostri* radicaliter & brevi curatæ, multis quanquam aliis, melioris famæ antepilepticis remediis, incassum antea propinatis.

§. XLIV. Superest adhuc, ut superstitiones, quibus venerandam antiquitatem, ut & plebem moderni etiam ævi, circa usum *fruticis nostri* fuisse captam Authores confirmant, brevissime tangamus. Jam supra (§. XXXIX.) dictum fuit, veteres Germanos ac Gallos Visco & arbore, in quô gignitur, modo sit quercus, nihil sacratius habuisse; ita ut sacrificiis epulisque religiosâ veneratione illum prosequerentur. Sic quoque tanta ipsis in rebus hisce erat religio, ut fœcunditatem eô poto dari cuicunque animalium sterili, & contra venena omnia esse remedium, arbitrarentur. ppp) Quidam genicula *Visci* præcipue quercini, vel cum vel sine auro

nnn) In secundo volum. Hist. Natural. Jamaic. p. 92.

ooo) Artificii forsan tegendi causa.

ppp) Vid. Plinius. l. c.

auro ſeu argento circumcincta colloque appenſa Epilepſiæ mederi tradunt; qqq) Hinc quoque *lignum ſancti crucis* illum à GENTILI & JAC. DE PARTIBUS appellatum fuiſſe, Autor eſt BARTH. ZORN. rrr) Nonnulli autumant, ad ſpectra & faſcina arcenda melius non dari remedium. sss) Eundem etiam in finem Angli copioſe in domibus ſuis illum aſſervant & ſuſpendunt. ttt) Plura hujus farraginis addi adhuc poſſent, niſi paginarum anguſtia ad finem properare nos moneret, & ſpatii reliquum, utilioribus paulum aſſervandum foret.

§. XLV. Expectabis forſan L. B. ut rationem reddamus, quo modo *frutex noſter* dictas §pho XXXVI. usque ad §. XLIII. virtutes præſtet, quave ratione in profligandis iſtis morbis, præcipue Epilepſia, agat. Equidem haud inficias imus, multum temporis huic labori nos impendiſſe, omnesque ad illum intendiſſe nervos, ut aliquo modo faciamus ſatis; ſed fruſtra fuere cuncta, quæ in tanto rei labyrintho certum & ſecurum invenire tramitem tentavimus. Quis autem hoc unquam præſtabit? cum nondum certò conſtet, quæ præ cæteris *fruticis noſtri* particulæ maximam efficaciam poſſideant, (§. XXXI. & XXXII.) & cauſa allegatorum morborum, præcipue Epilepſiæ, uuu) tam multiplex eſſe poſſit. Interim, licet omne haud feriamus punctum, tamen non diſplicebit, quædam porrigere nobis longe ſagacioribus pariter ac felicioribus forſan, hac in re operam in poſterum navaturis, ut de die in diem veritas magis eluceſcat.

D 2 §. XLVI.

qqq) Conf. Petr. Hiſpan. Theſ. Pauper. Cap. de Epilepſia & Franc. Hildesheim ſpecilegium VII. de Capit. morbis.

rrr) Botanolog. Medic. p. 554.

sss) Vid. Joh. Ludovic Ganſii Corall. Hiſtor. C. II.

ttt) Conf. Cl. Linden. l. c. p. 117. in nota ſubſcripta.

uuu) Vid. ILL. BOERHAV. Aphoriſ. de cognoſcendis & curandis morbis §. 1075. p. 252.

§. XLVI. Partes *fruticis nostri* per se liberæ, aut levi operâ tales futuræ, sunt gummosæ, resinosæ atque terrestres, XXXII.) quæ iterum vel junctim, vel à variis corporis nostri succis dissociatæ actionem quandam præstare queunt, quandoque diversam. Ponamus itaque causam generalem Epilepsiæ, quam cæteris cunctis præferre fas est, ejusdemque differentias variâ liquidi nervei a sensorio communi expressione in nervos, hincque pendente vario ejusdem liquidi in nervos influxu niti. *xxx*) Hoc vero vel oriri

I.) *à Cerebri membranis & tono quocunque modo male affectis*, vel

II.) *ab omnibus violentis affectionibus systematis nervosi, præcipuæ heterogeneis acribus nervorum liquido immixtis, originem ducentibus*, *yyy*) vel

III.) *ab animi pathematibus fortioribus*, *zzz*) *hincque dependente intercepta secretione nonnullorum, vel in statu naturali excerni solitorum, vel præter naturæ consuetudinem expulsorum.*

Et quæ sunt plures aliæ, quas brevitatis ergo hic reticemus, reperiundas vero uberrime in Auctoribus Practicis.

§. XLVII. Sic primæ causæ (§. antec.) *Viscus* satisfaciet quandoque roborando cerebrum ejusque vasa, particulis suis resinosis balsamicis ut & terreis adstringentibus parum, quibus spongiarum ad instar humidum superfluum, nimiæ

---

xxx) Idem l. c. § 1074. p. 25'.
yyy) Conf. GLADBACHII praxeos med. idea novissima. p. 232.
zzz) Vid. JUNCKER. Consp. Med. Theoret. Practic. Tab. LV. p. 458.

nimiæ laxitatis vaſorum plerumque cauſam, abſorbet ſicque efficit, ut roborata vaſa ſtagnantes ibidem & coagulatos diverſi generis humores majori vi propellere, atque per convenientia loca è corpore mittere queant, quo non poteſt non influxus ſpirituum animalium naturali ſimilior pariter ac magis æqualis fieri, cerebro ſic à quisquiliis iſtis optime purgato. Idem etiam valet Judicium, mutatis mutandis, de ejusmodi morbis, quos à *frutice noſtro* propugnari ſupra diximus, quique ab impedito vel irregulari, in unam partem magis quam in alteram, ob varias cauſas liquidi nervei influxu, originem trahunt; uti *Apoplexia*, *Aſthmate convulſivo*, *Vertigine* &c.

§. XLVIII. Secundam cauſam (§. XLVI.) tollet, præſertim quando acres roſivæ, nervorum liquido intertextæ, hincque canales liquidum iſtud vehentes, ad juſto celeriorem ſui ipſius propulſionem ſtimulando excitantes particulæ accuſari veniunt, gummoſa ſeu mucilaginoſa *noſtri* pars; hæc enim corporis noſtri ſuccis conſuſa, moleculas iſtas humorum noſtrorum acres, ob ſui prædominium à cæteris ſuccorum noſtrorum partibus conſtitutivis nondum ſubactas, hincque ſui juris & conſequenter roſivas manentes irretit, atque validiſſime inviſcat, ita ut undiqueverſum particulis ejusmodi mucilaginoſis circumdatæ rodendi energiam plane perdant, ideoque nervorum ſyſtema haud amplius pungere queant. Eundem quoque cenſum ſubeunt iſti morbi, ubi non totum ſyſtema nervorum male affectum, ſed pars ſeu ſurculus iſtius ſolummodo, neque malum in ipſo nervorum liquido hæret, ſed in partibus vicinis aut ſanguine; ut ſic nervei quidam rami, partibus iſtis interpolati, ab extra quaſi ab acredine humorum ſtimulentur, hincque ad majorem contractionem invitentur; uti hoc contingit in *Stranguria*, *Colica ſpasmodica*, *nimio alvi*, *hæmorrhoidum & men-*

ſium fluxu, qui morbi ab acredine humorum nimiâ, nervos illos, qui ductibus per quos humores vehuntur intertexti ſunt, in tranſitu continuo ſtimulante, plerumque originem ducunt. Sic quoque huc referri merentur iſti morbi, quorum mater & nutrix eſt ſpiſſitudo humorum, orta à ſuperfluo acido humores coagulante, hincque, dum vaſcula minima permeare neſcit, obſtructiones varias & inflammationes pariens; ♀ do enim per demulcentem *fruticis noſtri* virtutem ſuâ ferociâ & vi incraſſante privato, humores non poſſunt non fluxiliores reddi, obſtructiones tolli, & inflammationes mitigari, ne atrocius ſæviant. Patet ideo ſimul, cur in *Acineſia linguæ, depravato guſtu, Dyſpnœa*, ut & in *Pleuritide* & *Phthiſi* tàm egregiam ferat opem. Mucilaginoſam vero ſeu gumoſam *noſtri* partem hic maximum medelæ abſolvere, liquet tam ex obſervationibus §. XLI. adductis, quam ex eo quod §. XXXVI. de præſtantia *Viſci* in curanda linguæ Acineſia dictum fuit; quippe ubi ſolum decoctum, mucilaginoſa parte maxime prægnans, (§. XXXII.) ſine pulvere in uſum vocatum, morbum debellavit.

§. XLIX. Tertiæ cauſæ (§. XLVI.) ſuccurrent omnia tria *fruticis noſtri* principia, quæ per ſe libera, ideoque ad agendum apta nata; (§. XXXII.) particulæ enim ejusdem terreſtres & reſinoſæ optime poterunt tonum vaſculorum exhalantium, à nimia nervorum ſyſtematis, per animi pathemata graviter afflicti, contractione deperditum, reſarcire, ſicque excretiones illas conſuetas, ſuæ libertati egregie reſtituere, quæ ob partes acres, dum impeditæ erant in corpore collectas & partes vicinas valdopere ſtimulantes, nervos ad convulſivos motus ſollicitabant; illæ hoc præſtabunt adſtringendo laxas fibras, hæ vero roborando easdem balſamicis ſuis moleculis. Partes vero mucilaginoſæ ſeu gumoſæ, emollienti & demulcenti ſua energia, adſtrictos nimium nervos imme-

immediate flexiliores reddere, & irritatos demulcere aptæ erunt.

§. L. Cæterum, priusquam finem imponamus, monendum adhuc eſt, decoctum *Viſci* melius parari ex ſolis *fruticis noſtri* corticibus; quippe qui multo majori principii mucilaginoſi quantitate præditi, (§. XXVIII.) quam ipſa medulla ejusdem ſive lignum. E contra vero, ubi adſtringendo ſeu roborando res perficienda morbusve debellandus eſt, ibi lignum potentior erit, ſi in pulvere datur.

TANTUM.

* * *

Imprudens Medicus dum tentat tollerc morbos
Cum morbo ægrotos tollere ſæpe ſolet.
Aſt dum tu valido Medicamine pellere eosdem
Scis : Prudens Medicus , non Medicaſter eris ,
Mox tibi Muſarum hinc Coëtus decernet honorem.
Mox Galenus *opes* , *Suavis* Amice *dabit.*
Nam qui ſe ſobolem monſtrat Apolline dignam
Digna ſuis meritis a Patre dona feret.

Paucis his Nobiliſſ. atque Doctiſſ.
DMNO DOCTORANDO
in ſempiternam amicitiæ teſſeram
gratulabundus acclamat ejus
deditiſſimus

SAM. FRIDERICUS NÖTTINGER,
Bern. Helv. Med. Licent.